

Cap. L. Rubrica de fraternitatibus habere debentibus balistas. R.ca.

Statuimus quod caniparii fraternitatum sanctorum Iusti
Sergii Pauli Petri Nicholai Maioris Ecclesie Laurentii et
5 Marci et Sanctarum Crucis et Marie de Mari debeant habere
unam balistram de pixarollo paratam pro qualibet fraternitate;
et caniparii aliarum fraternitatum, que erunt insimul copul-
late due vel tres vel una, secundum quod dominio placu[er]it,
etiam ipsas balistras habere debeant secundum inpositionem
10 eis factam per dominium, que balistre bulari debeant bulla
comunis et fraternitatis cuius fuerint. ¶ Et conservari et te-
neri debeant dicte balistre per caniparios fraternitatum quarum
fuerint; qui caniparii ipsas balistras nullo modo possint vel
debeant inpignorare vel facere inpignorari, sub pena viginti-
15 quinque libr. par. pro quolibet canipario et vice qualibet con-
trafacta. ¶ Et de ipsis balistris ipsi caniparii facere teneantur
monstram, quandocunque // fit monstra balistrarum consilia- 269 A
riorum maioris consilii, sub pena quadraginta frx. pro quo-
libet canipario de suis bonis propriis solvenda. ¶ Preterea
20 caniparii cuiuslibet fraternitatis habere debeant et teneantur
pro qualibet balistra duas cordas et duas maiestras, et etiam
habere unum tullinum sive pixarollam vel manetam sive cro-
chum secundum qualitatem balistre, et etiam omnia alia pre-
paramenta necessaria ad operandum dictas balistras. ¶ Et
25 quolibet anno caniparii ipsarum fraternitatum facere fieri de-
beant et teneantur centum pilotos magnos convenientes dictis
balistris, et hoc usque ad sumam mille pillotorum pro qualibet
fraternitate, sub pena decem libr. par. pro quolibet canipario
cuiuslibet fraternitatis.

30 Cap. LI. Rubrica de hiis qui tenentur facere
domos in civitate Tergesti qui venerunt
Tergestum a tempore pacis citra.

Pro augmentatione civitatis Tergesti ordinamus quod omnes,
qui venerunt ad habitandum in civitatem Tergesti de
35 pace citra facta inter comune Veneciarum et comune Tergesti,